sociorum animos simplicitatis sue consideratio
ne perterritos ostensa viro dei visione huius
modi confortavit. Videbat siquidem quod per
quandam viam incederet iuxta quam stabat arbor cel
situdinis magne. Ad quam cum appropinquasset
et sub ea stans ipsius altitudinem miraretur subi
to tamen divina virtute levabatur in altum ut ca
cumen contingeret arboris eiusque summa facil
lime curvaret ad ima. Huius visionis pre
sagium vir deo plenus intelligens referri ad con
descensionem apostolice dignitatis exhilaratus
est spiritu fratribusque suis in domino confortatis iter cum eis
aggressus est. Cum autem ad romanam curiam perve
nisset et introductus esset ante conspectum summi pon
tificis exposuit propositum suum petens humili
ter et instanter supradictam sibi vivendi regu
lam approbari. Videns autem christi vicarius dominus scilicet Inno
centius tertius vir utique sapientia clarus admiran
dam in viro dei simplicis animi puritatem proposi
ti constantiam ignitumque voluntatis sancte fervo
rem inclinatus est animo ut pio supplicanti preberet
assensum. Distulit tamen perficere quod christi postu

Lizenz: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 17r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/de/pal/L/17r)